

confectudinis non minima sit auctoritas, nunquam tamen veritati aut legi præjudicat, præscriptam sententiam revocamus, & vos ab impetitione absolventes illorum, vobis & Ecclesie vestre domum adjudicavimus supradictam.

IX. IDEM Eboracen. Archiepiscopo. [c. an. 1172. Româ in Angliam.]

Sententia iniqua retrahatur per Superiorem, licet causa fuerit appellatio renovata commissa. Si autem continet manifestam iniquitatem, est nulla. Hoc dicit, intelligendo, quod ponat duos casus.

Inter ceteras: Et infra. Item cum aliqua causa appelletur, re committitur, & sententia retrahitur, eam evacuati oportet; nec ei debet flatu, si iniquitatem continet manifestam.

X. CLEMENS III. [c. an. 1190. Romæ.] Sententia lata contra absentem non contumacem in causa matrimoniali, non valet. Hoc dicit, intelligendo, quod hæc mulier non fuit contumax. Panormitanus.

Tenor literarum: Quamvis ostendit, quod cum inter R. & M. mulierem quæstio matrimonii verteretur, & Theobaldus Episcopus commissus fuisset, idem eundem R. muliere absentem ab impetitione ipsius absolvit. Ceterum eadem mulier a nobis ad re literas impetravit, ut de causa cognosceret, & eam sine debito terminaret: [Et infra.] Dicitur vero R. ad te vocatus ad causam in hinc inde præsentata non fuit; sed quia nocte sequente aliam sibi copulare præsumpsit, in eum excommunicationis sententiam promulgasti, & qua postmodum absolutus ad te veniens, ostendit literas Episcopi memorati, quibus eum ab inquisitione ipsius absolutum fuisse patebat. Quia igitur mulier suos testes offert ad probandum, quod idem R. eam desponsationis anulo publicè subarrasset; & tu quid super his agere debeas, postulas edoceri. Ideoque inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, non obstante illicita absolutione, quam Episcopus fecit, in causa procedas eidem R. sub pœna excommunicationis archid. interdicens, ne ad eam, quam superinduxit, accedat, priusquam fuerit causa decisa.

XI. IDEM. [c. an. 1190. Romæ.] Sententia divorcii in causa matrimoniali ritè lata, ad solam conjugis confessionem asserentis contrarium, non revocatur; sed intermi si statueri donec legitime de contrario doceatur. Ita summatur, ut aliquid de novo asserat. Panor.

Coniunguntur E. latricis presentium sicut tuis literis intimasti, compaternitatem inter ipsam & virum suum legitime probaverunt, ita quod inter eos sententiam divorcii protulisti: prædicta vero E. cum sit tibi postmodum confessæ, quod ejus commat in veritate ante sententiam non fuisset, sed post separationem compaternitatem cum eo contraxit, & tandem ad secundas nuptias anvolavit: [Et infra.] Fratritati tuæ respondeo, quod propter solam confessionem mulieris non est revocandum a sententia per iudicium Ecclesie rationabiliter promulgata, nisi legitime in contrarium probetur.

XII. INNOCENTIUS III. Archidia. & Sacriste Magalonen. [c. an. 1212. Româ in Gothiam Gallia.]

Si Papa contra prononciationem suam consert beneficium, hoc tacito, subreptitia dicitur collatio, & non tenet.

Um olim Magalon. Episcopus P. de Castro Novo ad vacantem Archidiaconatum ejusdem Ecclesie nominasset, I. Præposito, ut nullus ibi, nisi prius duplici sibi voce concessa, institueretur per appellationem interpositam in hinc inde, Episcopus dictum P. de Archid. per suum anulum invellivit. Præpositus vero alium ad eundem Archidiaconatum nominare præsumpsit. Tandem C. prædecessor noster, quod factum fuerat ab utraque parte cassavit, pronuncians, quod aliquibus scriberet, ut tam Episcopum, quam personas, ad ordinandum concorditer Archidiaconum, monebant, & eorum forte monitis non admittit, hoc ipsi exequi non differrent. Post hæc vero dictus prædecessor noster G. qui nondum ad Diaconatus erat promotus officium, præter conscientiam Procuratoris Episcopi apud Sed. Apoll. tunc morantis, ipsum Archidiaconatum contra prononciationem suam contulit, sic credimus, circumventus. Nos igitur in harentes veligiis prædecessoris nostri dicitur sententiam Rom. Sed. cum aliquid subreptum, posse in melius commutari, quod de prædicto G. factum est, non obstante donatione, quam ab

eadem Episcopo in illusione donationis Apostolice nuper dicitur recepisse, in irritum revocamus; & ei licet absentem cum de subreptione liquido coniter, super dicto Archidiaconatu perpetuum silentium imponentes, præcipiendo mandamus, quatenus sepe dictum Archidiaconatum, plenam omnium vestrum, qui presentes fuerint in Ecclesia, interveniente concordia, ordinare curetis.

XIII. IDEM Abbat. & Conventui sancti Zenonis Veron. [c. an. 1213. Româ in Dalmatiam.]

Valeret sententia contra jus litigatoris lata, si ab ea intra decem dies non fuerit appellatum. Vel sic & aliter: Per sententiam, a qua non fuit appellatum, potest Ecclesia subijci Prælo inferiori Episcopo, seu ad aliam Ecclesiam pertinere.

Cum inter vos pro Ecclesia vestra & Archipresbyterum & Clericos S. Proculi, super subiectione ejusdem Ecclesie quæstio verteretur, ex parte vestra fuit propositum, quod dicta Ecclesia Monasterio vestro pleno jure deberet esse subiecta; videlicet in institutione, desitutione, investitura Archipresbyteri, & ejusdem fidelitate ipsius, & Fratrum obedientia; correctione, representatione ad Ordines, Tonsuratione, susceptione Chrismatis, Litanis, & aliis similibus, per quæ plena subiectione declaratur; ad quod probandum instrumentum publicum concessit B. quondam Veron. Episcopi pars vestra in medium producebat, quam concessione concessor ejus G. ratam habuit, & etiam confirmavit. Super his quoque tam Rom. Pont. quam Patriarcharum Aquileg. privilegia & confirmaciones induxit, quorum unus, de subiectione plenaria in privilegio suo evidenter expresse, quod sub testimonio R. quondam Veron. Episcopi, qui ejusdem Ecclesie Archipresbyter extitit, factum fuerat, & completum, & in eodem à Priori sancti Zenonis mandavit sua vice subscribi. Adiecit etiam pars vestra, quod inter B. quondam Abbatem ejusdem Monasterii, & sancti Proculi Archipresbyterum & Fratres ipsius procedente tempore de fidelitate & obedientia manuali controversia fuit exorta, ad quæ duo illi de duntaxat teneri negabant, & super his testes producti fuerunt, tandem præfatus G. Veron. Episcopus quendam Cardinalem sequens, a quo idem fuerat iudicatum, quod vel Archipresbyter dimitteret Ecclesiam, aut Abbatem obedientiam promitteret, sententiam definivit; cujus sententia, cum nulla fuerit appellatio suspensa, in rem transit iudicatum: [Et infra.] Quamvis forte dicto instrumento donationis non sit plurimum inatendum, nec confirmationibus, nec privilegiis, quæ de ipso causam & originem acceperunt; attendentes tamen, quod quantum ad litigantes ipsos, jus ex sententia factum fuit, postquam in rem transit iudicatum, etiam si contra jus litigatoris lata fuisset, cum contra jus constitutionis expresse lata non fuerit, veritate gestorum sermonibus prævalente, quæ præsumitur a ritè per omnia celebrata: definimus, ut Archipresbyter S. Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem & obedientiam præstet Abbati sancti Zenonis.

XIV. IDEM Canonici Novarien. [c. an. 1170. Româ in Insulviam.]

Sententia contra actorem lata, nihil iniqui continens, venit in causa appellationis confirmanda, licet per attestaciones videatur pro actore fuisse probatum; dummodo pro sententia concurrant præsumptions. De quibus hic in litera, & secundum hunc intellectum est hic casus singularis valde.

Causam quæ inter vos & A. Clericum super præbenda Novarien. Ecclesie verteretur, Laudun. Episcopo de consensu partium commisit terminandam, qui pro vobis contra dictum A. definitivam sententiam promulgavit; a qua fuit ad nostram audientiam appellatum: [Et infra.] Licet ex parte ipsius A. fuisset propositum quod contra formam mandati nostri dictus Episcopus sententiam promulgavit, sicut per attestaciones nitebatur probare; quia tamen iudicis animus non semper ad unam probationis speciem inclinatur, & ipsa sententia nihil continebat iniquum, & eidem iudici de communi partium assensu fuerat causâ commissa, qui ut sententiam ferret post examinationem causæ, ab utraque parte fuerat requisitus, sententiam ipsam curavimus confirmare.

XV. IDEM Constantin. Episcopo. [c. an. 1172. Româ in Thraciam.]

Si sententia præcipit aliquid fieri ad certum terminum: tempus decemni ad appellandum currit à tempore sententia, non autem à die finiti termini, hoc primo. Quadragesimo tempore, quod à lege datur condemnatis in personali, post à iudice ex causa arctari, & sponte terminum arctatum recipiens, non potest post decemni appellare, licet non constat iudicem ex causa terminum abbreviasse: hoc secundò. Ab executione sententia non appellatur, nisi in executione motus excedatur: hoc tertio dicitur evacuando medullam ca. secundum Panorm.

Quod ad consultationem: Et infra. Quia postulat, utrum appellationi sit Clerici deferendum, qui purgationem indicat sibi per sententiam, & ad ipsius receptionem terminum competentem puta viginti dies vel amplius, sine contradictione recipiens: & ad diem veniens consequenter, appellat causam non exprimens appellandi: nec sit locus nisi suscipiendæ purgationi & executioni sententia, a cuius prolatione & purgatione injuncta ultra decemni dicitur effluxisse. Taliter duximus respondendum, quod cum post decem dies ipsum sententia in auctoritatem rei transeat iudicate, qui quia provocacionis subdium intra id temporis non recurrit, appellandi sibi aditum denegavit: cum per hoc videatur per interpretationem juris lata sententia paruisse, præsertim ubi causa non redditur appellandi. Sed nec executionem ipsius sententia ideo convenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimense tempus regulariter sit statutum: quia id arctari potest nonnunquam a sedente in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio sponte recipit terminum breviorum, imputari sibi potest & debet: cum ex hoc videatur amplius beneficium contempsisse: unde talis non audietur appellans, nisi forte advenit eum motus executionis Canonici excedatur.

XVI. IDEM Decano Cancellario, & C. Canonico. [c. an. 1172. Româ in Galliam.]

Sententia potest probari per testes: licet non deponant de causis, quæ solent iudicem movere ad sententiandum.

Sicut nobis in hinc inde, cum causa, quæ inter H. Subdiaconum & B. Presbyterum super quinquem modis frumenti vertebatur ipsi Subdiacon. per annos singulos exolvendis vobis commissa fuisset, & restitutionem sibi fieri postulare: Subdiacon. supradictus adversarius se ad hoc non teneri respondit, cum alia vice super hoc conventus fuerit, & sententia absolutus: quod ostendere voluit duorum testimonio, ex quorum depositione constat quod Magister A. aut. Episcopi Laudun. ipsum absolvit ab impetitione Subdiacon. memorati. Verum quia testimonium ipsorum quali nudè prolatum fuerat, cum de causis quæ iudicem movere solent, ad sententiam proferendam nihil dixerint, quid tenendum sit: Sedem duxisti Apoll. consulendam. Cum autem in perliquo locus, in quibus copia prudencium habetur, id moris existat, quod omnia, quæ iudicem movent, non exprimantur in sententiis proferendis: vobis taliter respondemus, quod cum ex depositionibus testium prædictorum constiterit sententiam à iudice suo prolata: propter auctoritatem iudicariam præsumi debet omnia legitime processisse.

XVII. IDEM Astorican. Episcopo, & Abbat. sancti Ildori Legionen. [c. an. 1171. Româ in Galliam.]

Ab eadem sententia potest appellare, nedum reus victus, sed etiam tertius, cuius interest: & poterit sententia quoad rem nisi de iure ducem confirmari: respectu vero tertii rationabiliter appellantis infirmari.

Cum super 21 controversia, quæ inter Antien. Episcopum & Monasterium Cella nova super statu ipsius vertebatur, pro Episcopo diversæ sententia late fuissent: Nunquam Oneten. Episcopi per eas Oneten. Ecclesiam laicam graviter querebatur, ad quam proponebat Monasterium pertinere: [Et infra.] Cum ex parte Monasterii nihil rationabile fuerit propositum & ostensum, quare sententia pro Episcopo promulgata deberet irritari, eam quantum ad Monasterium duximus confirmandam: Et infra. Mandamus, quatenus si constiterit app. pro Ecclesia Oneten. 22 rationa-

[a] Dico igitur A. & Magistro I. & A. Procuratoribus Ecclesie vestre, in nostra propter hoc presentia constitutis. Idem A. probare multipliciter nitebatur, sententiam iniquè latam fuisse, ac propter hoc debere non immeritò retrahari, dicit Procuratoribus vestris defendentibus, sententiam, & eam potest confirmacionis nostre præsidio committeri. Nos igitur auditis quæ fuerant vincinde proposita, & diligenter intellectis, habito cum Fratribus nostris super his diligenti tractatu.

[b] Causam qua. Extat integra pag. 295. Epist. Innoc. lib. 1.

[c] Antea malè, Constantino.

[d] Vid. leg. generaliter, cum not. per Doct. C. de reb. cre. Et iur. conditione. *decennium.

[e] In C. Bar. quod inter quendam Abbatem ejusdem Monasterii & S. Archipresb. &c.

[f] Imputare.

[g] Laudunen.

[h] Facit ad hoc l. i. C. de profess. qui in iur. Constans. Et l. i. cum not. C. de legi.

[i] Cap. 7. eod. tit. in 111. Compil. An & quando tertius possit appellare. Vide Card. in Clem. 1. de causis, post. & prop.

biliter interpositam, & ad eam prosequendam Nuncium eius intra tempus legitimum destinatum fuisse, executione sententia differratur, ne circa possessionem Oneten. Ecclesia detrimentum incurrat: alioquin, sicut jus postulat, executioni abique Oneten. Ecclesia præiudicio demandetur: cui, quæ pramissa sunt, non præiudicent, quò minus suam valeat consequi rationem, cum res inter alios acta non nocet regulariter alii iuxta Constitutiones Canonice & Civiles.

[a] Postquam igitur hæc & similia, nobis & Fratribus nostris, præfati Cardinales fideliter retulerunt: quia constitit nobis per delegationem literas à duob. missas, cum tertius interesse nequiverit, sicut & ex ipsius assertionem tenuimus ap. Sed. Ap. constituti fuisse processum, & contra ipsorum sententiam ex parte Monasterii nostri nihil rationabile fuit propositum, & ostensum, quare deberet irritari eam communicato f. n. con. quantum ad Monasterium ipsum duximus confirmandam, sibi perpetuum in hac re silentium imponentes. Ceterum, quia super appellatione Oneten. Ecclesie non potuimus elucere veritatem, causam ipsam vestro duximus examini committendam. f. t. per a. j.]

[b] Causam qua. Extat integra pag. 295. Epist. Innoc. lib. 1.

[c] Antea malè, Constantino.

[d] Vid. leg. generaliter, cum not. per Doct. C. de reb. cre. Et iur. conditione. *decennium.

[e] In C. Bar. quod inter quendam Abbatem ejusdem Monasterii & S. Archipresb. &c.

[f] Imputare.

[g] Laudunen.

[h] Facit ad hoc l. i. C. de profess. qui in iur. Constans. Et l. i. cum not. C. de legi.

[i] Cap. 7. eod. tit. in 111. Compil. An & quando tertius possit appellare. Vide Card. in Clem. 1. de causis, post. & prop.

[k] Vid. l. Lucius ff. de his qui not. infra. Et l. res inter alios. al. est l. Modestinus. ff. de excep. f. de excep.

[l] Archiepisc. in plur. anti. & ita legend. puto. est autem in Gallia is Archiepiscopus, cui multi subfunt irregulari.

[m] O al. Tunderino. al. Turdebe. vox suis desit in antiquo.

[n] dicitur etiam, desit in antiquo. Compila.

[o] Cum igitur utraque pars cum attestacionibus signatis sigillis prædictorum iudicum ad nostram presentiam accessisset.

[p] Pith. 24 Curiam suam. In Voetstien.

[q] Presentavit. Ad preces bonæ memoriæ C. Argentin. Episcopi.

[r] Remensis Episcopus. Vvilelmus Remensium Archiepiscopus Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis.